



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 6. Quorundam sanctorum dicta notatu digna super hoc argumento.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

jusmodi mutationem inducit perfecta fiducia, hi sunt ejus partus, nimirum bonorum jactura temporalium tantam in animis nostris producit cælestium bonorum abundantiam.

§. VI.

Quorundam Sanctorum super hoc argumentum dicta notatu digna.

Simeon junior Vir Sanctus prior S. Marci Stii cognominatus Theologus oratione quam super hoc argumento habuit, præclarè ostendit miserias omnes & tribulationes quibus impetimur, nobilissimos esse divitiarum erga nos bonitatis effectus; munitissima pugnacula quibus nos Deus contra hostes nostros tuetur: cornucopias esse bonorum, quibus in nos effusis sibi obstrictos tenet. Nam non secus ac pater quispiam potentissimus ac ditissimus qui ardentissimo complecteretur amore unicum filium suum, non pateretur ut hic pro rebus necessariis aliam quempiam adiret quam se solum, nec ab alterius quam suâ manu quidquam reciperet, ideoque enixè rogaret amicos suos omnes, quis filio suo daret vel cibum vel potum vel vestem, vel pileum vel calçea menta vel recreationem aliquam indulgeret & laudem

sed potius malè tractaret domoque expelle-
ret simul ac intrasset, ita ut ejusmodi filius ab
omnibus exclusus cum nullibi vel refugium
vel subsidium vel oblectationem ullam in-
veniret, nolens volens cogeretur ad amantis-
simum patrem recurrere, nec illum unquam
deserere ut desiderio suo & cupiditati satis-
fieret. Pari ratione subdit Vir sanctus tanto-
que Deus amore nostri incensus est, tam stu-
diosus nostræ salutis & sollicitus pro nobis
ne cui rei præterquam sibi soli adhæresca-
mus, ut varias nobis misérias, infirmitates,
desolationes, de industria immittat, omnes-
que creaturas non modo impotentes ad præ-
stendam opem, sed molestas etiam reddat &
invidias atque ad augenda potius mala nostra
cupeditas quàm ad levanda, quæ toleramus
eo fine ut quo nobis afflictiones illæ & per-
secutiones graviores sunt & constantiores,
hoc facilius celeriusque ad illum confugia-
mus, firmius ipsi inhæreamus æterna mentis
unionem conjuncti, nec ab ullo alio quàm à
Deo solo dependeamus. Qui sanè favor om-
nium maximus est qui in hac vita possit ho-
mini præstari.

S. Franciscus Xaverius ab extremis orien-
tis finibus, quos primus è Societate JESU
Evangelii luce illustravit, de eodem argu-
mento

mento ad Patres Collegii Goani datis e
 Cangoximá literis scribit in hac sententia
 „Lib. 3. ep 5. Vel hoc nomine Deo plurimum
 „debemus quod nos in has barbarorum res
 „ras deduxit ubi nos ipsi penitus obliviscimur.
 „mur. Nam cum Ethnicis veræ religionis
 hostibus omnia teneantur, in quo sperare
 beamus, præter Deum habemus neminem.
 Etenim domi nostræ ubi Christi Dominus
 religio viget, nescio quomodo homines ipsi
 res creatæ veluti parentum, patriæ, peregrinorum
 amor amicorum, consuetudines, commoditates
 morborumque remedia, quo minus spes nostras
 in uno Deo fixas & locatas habeamus. Hic
 verò tam procul à domo attraherentur barbaros,
 ubi nos omnia præsidia humanaque deficiunt,
 una Dei fiducia tamur necesse est.

Idem scribens postquam maxima
 piratarum tum tempestatum exantlatam
 „ricula narrasset, hæc subdit: l. 2. ep. 3. Venit
 „noluit Deus nos perdere sed periculis
 „dire ut usu docti intelligeremus quam
 „max sint opes nostræ, quoribus aut nostris
 „ribus aut præfidiis nitimur humanis.
 „ubi senseris quam fallaces sint spes
 „humanis opibus omnino diffusus in illis

rum omnium moderatore qui unus pericu-
la ipsius causâ suscepta facile propulsare
potest, spem omnem posueris, tum verò
plane experiaris Dei imperio ac nutu om-
nia gubernari & quantumvis vitæ discrimen præ cælestibus gaudiis, quæ in tali re
ac tempore divinitus impertiri solent, esse
contemnendum.

S. Stephanus de Mureto in libello senten-
tiarum seu rationum, scitè annotat, quare ex
rebus creatis molestiam nos capere Deus
permittat: Idcirco, inquit, amorem Deus in-
dit auro & argento ceterisque rebus terre-
nis ut suus amor inde carior meritique ma-
joris sit illum habituris; nam si illarum non
atraheremur illecebris, has sine ulla difficul-
tate proindeque minori cū merito cōtemne-
remus pro amore Dei; tanto siquidem majus
est gaudium quod ex contemptu rerum de-
lectabilem Dei causâ percipimus, quantò
majus fuisset quod ex earum possessione re-
tentâ habuissemus.

P. Balthasar Alvarez Religiosus Societatis
[ESU] Vir raræ Sanctitatis, quam B. Teresie
Deus dignatus est revelare, testaturque ejus
vita per P. Ludovicum de Ponte scriptis man-
data: Hic Vir sanctus hac super re agens so-
lebat iis quos in vitæ perfectione dirigebat,

P

hujus

huiusmodi dare documenta vitæ c. 49. *Tu*
 Deum facite, ut semper vobis videatur
 dicitur omnis, quem habetis, amor ut illum
 tradatis. Quod ut exactius præstetis, colligite
 totum illum, quem in creaturas dispersum
 habetis, non solum quando illæ parvi vos
 ciunt; sed etiam quando vos depereunt, ne
 videamini illas retinere quia vos illæ respiciunt,
 sed ob summam æstimationem & reverentiam,
 qua Deum prosequimini; nec transgredimini,
 quod eas deseratis: siquidem quod illis
 addicti essetis, id vos procul à Deo separabit
 postea experiemini nullam in eis causam
 se lætitiæ, nec nunc esse nisi in solo Deo.
 Quare expedit vobis non querere earum
 amicitiam aut familiaritatem; imò sponte
 eis oblatam repellite: & sic commodum
 vobis iudicabitur, quod eam etiam querentes
 denegent: tunc liberius ac plenius debent
 Deo amoris & obedientiæ tributum reddere
 tuis; vestrumque cor totum in eo ponetis,
 quod est totus thesaurus vester. Et eadem ratione
 iudicate: totum vestrum tempus modicum
 esse ut Deo illud tribuatis; cum dicat S. Augustinus
 perire illud tempus quod non in Deo
 mandato Deo expenditur. Et eadem ratione
 quidquid vobis libet, ac placet, cogitationes
 omnes, verba & opera, oculos, aures & cetera
 qua or redder moris de ip sum r mas pa ubi fuit dentia est, quo ad crea hoc in qua non desideri respond tua quie cum ille semper t & cura t capilli, q nent; a q illas sect in aliquo stabili planè de scipius in capite h nostram quimar

qua omnia expendite in hoc tributo Domino reddendo. Ad hunc perfectionis gradum amoris dicit multum sibi contulisse quod sua de ipsis creaturis deceptionem deposuerit, se ipsam ita alloquens: Agnosce quomodo Deus tuas partes agat: gravis ac difficilis conflictus tibi fuisset, si pro voto tibi evenisset. Providentia Dei magnaque misericordia erga te est, quod creaturae te à se repellant, & mittant ad creatorem, facientes quod ipse jubet, & hoc (inquit) tribus modis praestant. Primus, quia non satisfaciunt, nec cum possidentur, desiderium tuum satiant. Sicut S. Augustino respondebant: Non ego sum Deus tuus, nec tua quies & solatium. Secundus quod modicum illud bonum ac dulce, quod habent, non semper tibi communicent, sed pro suo libitu & cura tot mutationibus atque sunt in capite capilli, quia nunquam in eodem statu permanent; a quibus omnibus dependere debet qui illas sectabitur. Tertius est quod statim atque in aliquo alio tantillum boni utilis aut delectabilis plus quam in nobis inveniunt, nos plane deserant, & quamvis hanc veritatem saepius in nobis experti simus quam pilos in capite habeamus; nunquam tamen stultitiam nostram agnovimus qua ipsas creaturas sequimur, creatoris obliti. Ex quo provenit ut

neque Creatorem esuriamus neque creari
 satiemur. Illud est ergo remedium, ut illa
 præveniamus, inde incipientes, ubi illa desinunt,
 statim illas deserentes, ne vel tempore
 cum eis amittamus, & ad Creatorem revertentes,
 in quo requiem, pacem & sanctorum
 inveniemus cum æterna stabilitate quomodo
 mo possit mutare aut impedire. Quid querit
 tuis eo qui nihil desiderat? Et quid eo dicitur
 qui res omnes hujus mundi magnas & splendidas
 dantes tamquam superfluas reputat? Habet
 Deum; & nihil vobis deerit. Et cap. 21. ad
 git: Cui Deus oculos aperit ad discernendum
 quantum bonum in ipso habeat; etiam aperit,
 ut eodem lumine videat quantum malum
 & æstimari debeant omnia poenalia & adre-
 sa quæ velut quædam Dei studia & faveas
 in se reputabit, & quidem eò majores quoniam
 graviora sunt. Quod verò ad illum ipsum
 ctat, portabat, ut dicere solitus, Christum
 cifixum in corde suo cum tribus ejus fide-
 bus comitibus: paupertate contemptu, ac
 lore, magnas reputans divitias, honorem
 delicias hunc amabilem & pretiosum dicitur
 sui **JESU** comitatum. Sic sentiebat, sic
 quebatur vir verè sanctus præferens hujus
 tæ tribulationes quibuscunque mundi
 cius, recteque judicans & declarans inter-

animi
 estrem
 Sed pra
 inter
 amicis
 suam &
 ficiat D
 pe & so
 privat. N
 tuali pr
 ut osten
 in Deo
 gius rec
 cunque
 perfrui

De
 Prop
 suis
 usq
 à Deo a
 derelin
 ipsi suan
 tam, te
 solatiu
 quam o
 que ipsi

animi lætitiã tanto esse majorem, quanto est remotior ab omni eo quod Deus non est. Sed præterea non est dissimulandum, quod interdum Deus ipse videatur subtrahere se amicis suis postquam hi in ipso omnem spem suam & fiduciam defixerunt adeo ut non sufficiat Deo privare illos omni creaturarum ope & solatio, sed seipso quodammodo eos privat. Mysteriorum hoc notum est in vita spirituali provectis, quod breviter hic declarabo ut ostendam gaudium eorum qui confidunt in Deo etiam tunc cum videtur ab iis longius recessisse, multis modis excedere quamcumque mundi amatorum, quamvis summã perfrui videantur, voluptatem.

§. VII.

Deus se subtrahit Sanctis ut eos probeat.

Propheta regius non sine causã in psalmis suis precatur Deum: *Neme derelinquas usquequaque*, Psal. 118. Sciebat nimirum à Deo amari neminem qui paratus non sit, ut derelinquatur interdum ab illo ad probandã ipsi suam & constantiam & fidelitatem debitam, testandumque quod non tam propter solatium suum & commodum Deo serviat, quam ob infinitam ejus dignitatem sincerũque ipsi serviendi desiderium. Sic integerrima